p uerba

esse dicitur: quia uitā peccantiū non blandimentis fouit. sed as
pere inuectionis increpauit dicēs. Genimina uiperarū. Sic &
enim esse debent uerba sapientiū malis. sic stimuli & claui in altū
defixi. ut intellegant & meminerint peccatū suū. Ut salemon ait. Re
sponde stulto iuxta stulticiā suā. ne sibi sapiens esse uideatur. Ad
tendere tamen debemus. quia dn̄s hic iohannē de uestimenti
sui asperitate conlaudat. Si uirtus non esset uilib; uestimentis
in diu. ne quaquā dn̄s illū de hac re laudasset. nequaquā & iam
beatus petrus. si culpa non esset uestimēta preciosa querere. fe
minas prohiberet dicēs. non in ueste preciosa. Sed quid ex istis
uidere prophetā? Etiam dico uobis. & plusquā prophetā.
Adhuc perseuerat dn̄s in laudibus iohannis. Dicit quia iohan
nes non solū fuit ꝓphetā. sed & iā plusquā ꝓphetā. Prophetę
namq; ministeriū est uentura p̄dicere. non & iam demonstra
re. Iohannes uero. non solū predixit saluatorē. sed & iam digito
demonstrauit dicēs. Ecce agnus dī. Quid iohannes merito dici
debeat. subsequenter ostendit. Sequitur enim. Hic est de quo
scriptū est. Ecce mitto angelū meū. qui p̄parauit uiā tuā an
te te. Qui causā debet dicere. & aliquē laudib; extollere. hoc
modo debet agere. ut prius repellat quod non est. & post conse
quenter exponat quod est. Ecce primo dn̄s dixit. quia iohannes
arundo uento agitata n̄ erat. neq; mollib; uestitus. Post paula
tim. quia non solū propheta. sed & iam plusquā prophetā. ad
ultimū angelū illū dicit. Angelus enim. nuntius dicitur. Et rec
te angelus nuncupatur: qui certus nuntius & preco saluatoris
factus. manifeste ab ipso oculis & digito demonstratus ē. Et u
nus quisq; fidelis qui sacerdotis nomine censetur: Zacharia
attestante. si ministerii sui iure exsequitur. angeli nomine uo

Ecce mitto ange
lum meum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weiterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0145